

Dominica II post Pascha.
Semiduplex.

Oratio ante divinum Officium.

APERI, Dómine, os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, pervérsis, et aliénis cogitatióibus: intelléctum illúmina, afféctum inflámma, ut digne, atténte ac devóte hoc Officium recitáre váleam, et exaudíri mérear ante conspéctum Divínæ Maiestátis tuæ. Per Christum, Dóminum nostrum. **R̄.** Amen.

Dómine, in unióne illius divínæ intentiόνis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas (*vel* hanc tibi Horam) persólvo.

Oratio post divinum Officium.

Orationem sequentem devote post Officium recitantibus Leo Papa X. defectus, et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas, indulgit, et dicitur flexis genibus.

SACROSÁNCTÆ et individuæ Trinitáti, crucifixi Dómini nostri Iesu Christi humanitáti, beatíssimæ et gloriosíssimæ sempérque Vírginis Mariæ fecúndæ integritáti, et ómnium Sanctórum universitáti sit sempitérna laus, honor, virtus et glória ab omni creatúra, nobisque remíssio ómnium peccatórum, per infinita sácula sæculórum. **R̄.** Amen.

Ÿ. Beáta víscera Mariæ Virginis, quæ portavérunt æténi Patris Fílium.

R̄. Et beáta úbera, quæ lactavérunt Christum Dominum.

Et dicitur secreto Pater noster. et Ave María.


Ad I. Vesperas.

DE-us, in adiutó-ri-um me-um inténde. **R̄.** Dómine, ad adiuvándum me festí-na. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sicut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sácu-la sæcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.


VII c²

A



Lle-lú-ia, * al-le-lú-ia, al-le-lú-ia.

Psalmus 144, 10-21.



Confi-te-ántur ti-bi Dómi-ne ómni-a ópe-ra tu- - a: * et sancti tu-i benedí- - cant ti- - bi.

Glóriam regni tui dicent: * et poténtiam tuam loquéntur:

Ut notam fáciant filiis hóminum poténtiam tuam: * et glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum regnum ómnium sæculórum: * et dominátio tua in omni generatióne et generatióne.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis: * et sanctus in ómnibus opéribus suis.

Allevat Dóminus omnes qui córruunt: * et érigit omnes elísos.

Oculi ómnium in te sperant Dómine: * et tu das escam illórum in témpore oportúno.

Aperis tu manum tuam: * et imples omne ánimam benedictióne.

Iustus Dóminus in ómnibus viis suis: * et sanctus in ómnibus opéribus suis.

Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: * ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Voluntátem timéntium se fáciat: † et deprecatióne eórum exáudiet: * et salvos fáciat eos.

Custódit Dóminus omnes diligéntes se: * et omnes peccatóres dispédat.


Laudatióne Dómini loquétur os meum: * et benedícat omnis caro nómini sancto eius in sáculum et in sáculum sáculi.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Psalmus 2.

Psalmus 145.



Lauda ánima me-a **Dó**minum, † laudábo **Dó**minum in vi- - ta me- - a: * psallam De-o me-o **quá**mdi-u **fú**-e-ro.

Nolíte confidere **in** princípibus: * in filiis hóminum, in quibus **non** est **salus**.

Exíbit spíritus eius, et revertétur in **terram suam**: * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cuius Deus Iacob adiútor eius, † spes eius in **Dó**mino **Deo ipsíus**: * qui fecit cælum et terram, mare, et ómnia **quæ** in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, † facit iudícium iniúriam **patiéntibus**: * dat escam **esuriéntibus**.

Dóminus solvit **compeditos**: * **Dó**minus **illúminat cæcos**.

Dóminus **érigit elisos**, * **Dó**minus **díligit iustos**.

Dóminus custódit ádvenas, † pupíllum et **víduam** **suscípiet**: * et vias peccatórum **dispé**det.


Regnábit **Dó**minus in **sæcula** Deus **tuus Sion**, * in generatiónem et generatiónem.

Glória **Patri** et **Fílio**, * et **Spirítui Sancto**.

Sicut erat in princípio, et **nunc** et **semper**, * et in **sæcula sæculórum**. Amen.

Psalmus 3.

Psalmus 146.



Laudá-te Dóminum quóni-am **bonus** est **psal-** - **mus**: * De-o nostro sit iucúnda de-co-ráque laudá-ti-o.

Ædíficans Ierúsalem **Dóminus**: * dispersiões Israélis **congregá**bit.

Qui sanat **contrí**tos **corde**: * et álligat **contriti**ões eórum.

Qui númerat **multitúdinem** **stellá**rum: * et ómnibus eis **nó**mina **vocat**.

Magnus Dóminus noster, et magna **virtus** eius: * et sapiéntiæ eius **non** est **nú**merus.

Suscípiens mansuétos **Dóminus**: * humílians autem peccatóres **usque** ad **terram**.

Præcínite Dómino in **confessi**õe: * psállite Deo **nostro** in **cíthara**.

Qui óperit **cælum** **núbibus**: * et parrat **terræ** **plú**viam.

Qui prodúcit in **móntibus** **fo**enum: * et herbam **servitúti** **hó**minum.

Qui dat iuméntis **escam** **ipsó**rum: * et pullis corvórum **invocántibus** eum.

Non in fortitú-dine equi **voluntátem** **habé**bit: * nec in tibiis viri **beneplácitum** **erit** ei.

Beneplácitum est Dómino super **timéntes** eum: * et in eis qui sperant super **misericórdia** eius.

Glória **Patri** et **Fí**lio, * et **Spirítui** **Sancto**.

Sicut erat in **princípio**, et **nunc** et **semper**, * et in **sæcula** **sæculó**rum. **Amen**.

Capitulum.

1 Petr. 2, 21-22




C A-ríssimi: Christus passus est pro nobis, † vobis re-línquens ex-émplum, ut sequámi-ni vestí-gi-a e-ius. *

Qui peccá-tum non fe-cit, nec invéntus est do-lus in o-re e-ius. ℞. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Lc. 24, 34



S Urré-xit Dóminus ve-re: * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Surré-xit. ♯. Et appá-ru-it Simóni. Alle-lú-ia. ♯.

Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Surré-xit.

Hymnus

VIII

A

D cœnam Agni pró-vi-di, Et sto-lis albis cándi-di, Post tránsi-tum ma-ris Rubri, Christo ca-námus Prínci-pi.

Cu-ius corpus sanctíssimum, In a-ra cru-cis tórridum, Cru-ó-re e-ius ró-se-o Gustándo ví-vimus De-o.

Pro-técti Paschæ véspe-re A de-vastánte Ange-lo, Erépti de du-ríssimo Pha-ra-ó-nis impé-ri-o. Iam Pascha nostrum

Christus est, Qui immo-lá-tus Agnus est, Since-ri-tá-tis á-zyrna, Ca-ro e-ius oblá-ta est. O ve-re digna hósti-a,

Per quam fracta sunt tárta-ra, Redémpta plebs capti-vá-ta, Réddi-ta vi-tæ prá-mi-a. Consúrgit Christus túmu-lo,


Victor red-it de bá-rathro, Tý-ránnum trudens víncu-lo, Et Pa-ra-dí-sum ré-se-rans. Quásumus, Auctor ómni-um,

In hoc paschá-li gáudi-o Ab omni mortis ímpe-tu Tu-um de-fénde pópu-lum. Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne,

Qui surre-xísti a mórtu-is, Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sácu-la. A-men.

Versus.

Lc. 24, 29



∩. Mane nobiscum Dómi-ne, alle-lú-ia. ∩. Quóni-am advespe-ráscit, alle-lú-ia.

Canticum B. Mariæ V.

Cf. Io. 10, 2.14; Io. 14, 6; H242

VIII G²

E

-go sum * pastor ó- vi-um: e-go sum vi-a, et vé-ri-tas: ego sum pastor bonus, et cognóscó me-as,

et cognóscunt me me- æ, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Lc. 1, 46-55

Magní-fi-cat * ánima me-a Dóminum.

Et exsultá-vit spí-ri-tus me- us * in De-o, sa-lu-tá-ri me- o.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progénie in progénies * tíméntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in sæcula.


Glória Patri et Filio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.




A.

Ante Orationem, cantatur a Superiore:


Supplicatio Litaniae.

K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Y. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.


O




-rémus. De-us, qui in Fí-li-i tu-i humi-li-tá-te ia-céntem mundum e-re-xísti: † fi-dé-libus tu-is perpé-tu-am



concéde læ-tí-ti-am; * ut quos perpé-tu-æ mortis e-ri-pu-ísti cá-sibus, gáudi-is fá-ci-as pérfru-i sempi-térnis. Per e-úmdem




Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us,



per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. R̄. Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum. Postea cantatur a cantore:

VII
B



Ene-di-cámus Dó- mino. R̄. De- o grá- ti- as.

Ad Matutinum.

D



Omi-ne, lá-bi-a me-a apé-ri-es. *R.* Et os me-um annunti-á-bit laudem tu-am.

Invitatorium.


Lc. 24, 34; Psalmus 94; H232

VI


V



Ení-te, exsultémus Dómino, iubi-lémus De-o, sa-lu-tá-ri nostro. Præ-occupémus fá-ci-em e-ius in confes-si-ó-ne,




et in psalmis iubi-lémus e- i. Surré-xit Dómi-nus ve-re, * Al-le- lú- ia. Quóni-am De-us magnus Dóminus, et rex




magnus super omnes de- os. Quóni-am non repéllat Dóminus plebem su-am, qui-a in manu e-ius sunt omnes fi-nes ter-ræ,



et alti-túdi-nes mónti-um ipse cónspi-cit. Al-le- lú- ia. Quóni-am ipsí-us est ma-re, et ipse fe-cit illud,



et á-ri-dam funda-vé-runt ma-nus e-ius. Vení-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De-um, plo-rémus co-ram Dómino,



qui fe-cit nos, qui-a ipse est Dóminus, De-us no-ster, nos autem pópu-lus e-ius, et o-ves páscu-æ e-ius.

IV

R


Ex sempi-térne æ-li-tum, Re-rum Cre-á-tor ómni-um, Æquá-lis ante sá-cu-la Semper Pa-rénti Fí-li-us:
 Na-scénte qui mundo faber Imá-gi-nem vultus tu-i Tradens Adámo, nó-bi-lem Limo iu-gá-sti spí-ri-tum.
 Cum li-vor et fraus dæ-monis Fœdásset humánum genus: Tu car ne amíctus, pér-di-tam Formam re-fórmas árti-fex.
 Qui na-tus o-lim e Vírgi-ne, Nunc e se-púlcro násce-ris, Tecúm-que nos a mórtu-is Iubes se-púltos súrge-re.
 Qui, pa-stor æ-térnus, gregem Aqua la-vas bap-tísma-tis: Hæc est la-vácrum ménti-um; Hæc est se-púlcrum crí-minum.
 No-bis di-u qui dé-bi-tæ Redémptor affi-xus cru-ci, Nostræ de-dísti pró-digus Pre-ti-um sa-lú-tis sán-gui-nem.
 Ut sis pe-rénne méntibus Paschá-le, Ie-su, gáudi-um, A mórt-e di-ra crí-minum Vi-tæ re-ná-tos lí-be-ra.
 De-o Pa-tri sit glo-ri-a, Et Fí-li-o, qui a mórtu-is Surré-xit, ac Pa-rácli-to, In sempi-térna sá-cu-la. A-men.

In I. Nocturno


Psalmus 1.

H230


V a
A l-le-lú- ia, la-pis re-vo-lu-tus est, alle-lú-ia: ab ósti-o monuménti, alle-lú- ia, alle- lú-ia.



Be-á-tus vir, qui non áb-i-it in consí-li-o impi-ó- - rum, † et in vi-a pecca-tó-rum non ste- - tit, *



et in cáthedra pesti-lénti-æ non se- - dit:



Sed in lege Dómini volúntas eius, * et in lege eius meditábitur **die** ac **nocte**.

Et erit tamquam lignum, quod plantátum est secus decúrsus aquárum, * quod fructum suum dabit in **témpore suo**:

Et fólium eius non **défluet**: * et ómnia quæcúmque fáciat, **prosperabúntur**.

Non sic ímpii, **non** sic: * sed tamquam pulvis, quem próiicit ventus a **fácie terræ**.

Ideo non resúrgent ímpii in iudício: * neque peccatóres in concílio iustórum.


Quóniam novit Dóminus viam iustórum: * et iter impiórum períbit.

Glória Patri et **Fílio**, * et **Spiritui Sancto**.

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in **sæcula sæculórum**. Amen.

Psalmus 2.

Ps. 2



Qua-re fremu-é-runt **gen-** - tes, * et pópu-li me-di-tá-ti **sunt** ináni-a?

Astitérunt reges terræ, et príncipes convenérunt in **unum** * advérsus Dóminum, et advérsus **Christum eius**.

Dirumpámus víncula eórum: * et proiciámus a nobis **iugum ipsórum**.

Qui hábitat in cœlis irridébit **eos**: * et Dóminus subsannábit **eos**.

Tunc loquétur ad eos in ira **sua**, * et in furóre suo conturbábit **eos**.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum **eius**, * prädicans præcéptum **eius**.

Dóminus dixit **ad** me: * Fílius meus es tu, ego hódie **génui** te.

Póstula a me, et dabo tibi gentes hæreditátem **tuam**, * et possessiónem tuam **términos terræ**.

Reges eos in virga **férrea**, * et tamquam vas figuli **confrínges** eos.

Et nunc reges intelligite: * erudímini qui iudicátis **terram**.

Servíte Dómino in timóre: * et exsultáte ei **cum tremóre**.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur **Dóminus**, * et pereátis de **via iusta**.


Cum exárserit in brevi ira **eius**, * beáti omnes, qui **confidunt** in **eo**.

Glória Patri et **Fílio**, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in **sæcula sæculórum**. Amen.

Psalmus 3.

Ps. 3



Dómi-ne quid multipli-cá-ti sunt qui tríbu-lant me? * multi insúrgunt advérsus me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem Dómine, suscéptor meus es, * glória mea, et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi: * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, et soporátus sum: * et exsurrexi, quia Dóminus suscepit me,


Non timébo míllia pópuli circumdántis me: * exsúrge Dómine, salvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine causa: * dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus: * et super pópulum tuum benedíctio tua.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sǎcula sǎculórum. Amen.



Alle-lú-ia, la-pis re-vo-lu-tus est, alle-lú-ia: ab ósti-o monuménti, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

℣. Surrexit Dóminus de sepúlcro, allelúia. ℞. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

Pater noster.


Absolutio.

E

-Xáudi, Dómi-ne Ie-su Christe, pre-ces servó-rum tu-ó-rum, † et mi-se-ré-re nobis: * qui cum Patre et Spí-ri-tu

Sancto vi-vis et regnas in sácu-la sácu-ló-rum. ℞. Amen.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Bene-dicti-óne perpé-tu-a * bene-dí-cat nos Pa-ter æ-térnus. **R̄.** Amen.

Lectio I.

Ac. 13, 13-20

De Actibus Apostolorum.

Cum a Papho navigássent Paulus et qui cum eo erant, venérunt Pergen Pamphýliæ. Ioánnes autem discédens ab eis, revérsus est Ierosó-lymam. Illi vero pertranseúntes Pergen, venérunt Antiochíam Pisídiæ: et ingrési synagógam die sabbatórum, sedérunt. Post lectiónem autem legis et prophetárum, misérunt príncipes synagógæ ad eos, dicéntes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortatiónis ad plebem, dícite. Surgens autem Paulus, et manu siléntium indícens, ait: Viri Israëlítæ, et qui timétis Deum, audíte: Deus plebis Israël elégit patres nostros, et plebem exaltávit cum essent incolæ in terra Ægýpti, et in brácchio excélso edúxit eos ex ea, et per quadragínta annórum tempus mores eórum sustínuit in desérto. Et déstruens gentes septem in terra Chánaan, sorte distribuit eis terram eórum, quasi post quadringéntos et quinquagínta annos: et post hæc dedit iúdice, usque ad Sámuel prophétam.


Ps̄. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̄.** Deo grátias.

Responsorium 1.


R. Mt. 28, 2; *Ps.* Bed. Ven. «In Marc. 4.16»; H228

III


A




n-ge-lus Dó-mi-ni * descén-dit de cæ-lo, et accé-dens re-vól-vit lá-pi-dem,



et super e-um se-dit, et di-xit mu-li-é-ri-bus: † No-lí-te timé-re: sci-o e-nim qui-a cru-ci-fi-




xum quæ-ri-tis: iam surré-xit: vení-te, et vi-dé-te lo-cum, ubi pó-si-tus e-rat Dó-mi-nus, al-le-lú-ia. *Ps.*



Et intro-ë-ún-tes in monuméntum, vi-déntes iú-venem sedéntem in dex-tris, co-opértum sto-la cándi-da,



et obstupu-é-runt: qui-a di-xit il-lis. † No-lí-te. *Ps.* Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-



tu-i San-cto. An-ge-lus.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Uni-géni-tus De-i Fí-li-us nos bene-dí-ce-re * et adiuvá-re digné-tur. **R̃.** Amen.

Lectio II.

Ac. 13, 21-25


Et exínde postulavérunt regem: et dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Bénéiamin, annis quadragínta: et amóto illo, suscitávit illis David regem: cui testimónium pérhibens, dixit: Inveni David filium Iesse, virum secúndum cor meum, qui fáciat omnes voluntátes meas. Huius Deus ex sémine secúndum promissionem edúxit Israël salvatórem Iesum, prædicánte Ioánnē ante fáciem advéntus eius baptismum pœniténtiæ omni pópulo Israël. Cum impléret autem Ioánnēs cursum suum, dicébat: Quem me arbitrámīni esse, non sum ego: sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calceaménta pedum sólvēre.

Ψ. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̃.** Deo grátias.

Responsorium 2.

R. Mt. 28, 5.6; *V.* Mc. 16, 6; H229


V
A



nge-lus Dó- mi- ni * locú-tus est mu-li-é-ribus, di- cens: Quem quæ-ri- tis? an Ie-sum



quæ-ri- tis? Iam surré- xit: † Vení-te, et vi-dé-te, al-le-lú- ia, al-le- lú- ia. *V.* Ie-sum quæ-ri-tis Na-za-rénum



cru-ci-fi- xum? Surré- xit, non est hic. † Vení-te.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Spí-ri-tus Sancti grá-ti-a illúmi-net sensus * et corda nostra. **R̃.** Amen.

Lectio III.

Ac. 13, 26-33

Viri fratres, filii géneris Abraham, et qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitábant Ierúsalem, et príncipes eius hunc ignorántes, et voces prophetárum quæ per omne sábbatum legúntur, iudicántes implevérunt, et nullam causam mortis inveniéntes in eo, petiérunt a Piláto ut interficerent eum. Cumque consummássent ómnia quæ de eo scripta erant, deponéntes eum de ligno, posuérunť eum in monuménto. Deus vero suscitávit eum a mórtuis tértia die: qui visus est per dies multos his qui simul ascénderant cum eo de Galilæa in Ierúsalem: qui usque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annuntiámus eam, quæ ad patres nostros repromíssio facta est: quóniam hanc Deus adimplévit filiis nostris resúscitans Iesum, sicut et in psalmo secúndo scriptum est: Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Ps̃. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̃.** Deo grátias.

Responsorium 3.

R. Mc. 16, 1; *Ps.* ibid. 16, 2; H229

IV

Dum transisset sáb-ba-tum, * Ma-rí-a Mag-da-lé-ne, et Ma-rí-a Ia-cóbi, et Sa-lóme emé-runt a-róma-ta, † Ut veni-én-tes únge-rent Ie-sum, alle-lú-ia, alle-lú-ia. †.


Et valde mane sabba-tó-rum, véni-unt ad mo-numén-tum, or-to iam so-le. † Ut. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, * et Spi-rí-tu-i San-cto. † Ut.

In II. Nocturno

Psalmus 4.

Io. 20, 15; H241

V a
A l-le-lú- ia, quem quæ-ris mú-li-er? alle-lú-ia: vi-véntem cum mórtu-is, alle-lú- ia, alle- lú-ia.



Ps. 8



Dómi-ne Dóminus nos- - ter, * quam admi-rá-bi-le est nomen tu-um in uni-vér- - sa ter- - ra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * super cælos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum et ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum: * lunam et stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es eius? * aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, † glória et honóre coronásti eum: * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecísti sub pédibus eius, † oves et boves univérsas: * ínsuper et pécora campi.

Vólucres cæli, et pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.


Dómine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Psalmus 5.

Ps. 9, 2-11



Confi-tébor ti-bi Dómi-ne in to-to corde me- - o: * narrábo ómni-a mi-ra-bí-li-a tu- - a.

Lætábor et exsultábo **in** te: * psallam nómini tuo Altíssime,

In converténdo inimícum meum retrórsu(m): * infirmabúntur, et períbunt a fácie tua.

Quóniam fecísti iudícium meum et causam meam: * sedísti super thronum qui iúdicas iustítiam.

Increpásti gentes, et périit impius: * nomen eórum delésti in ætérnum, et in sæculum sæculi.

Inimíci defecérunt frámeæ in finem: * et civitátes eórum destruxísti.

Périit memória eórum cum sónitu: * et Dóminus in ætérnum pérmanet.

Parávit in iudício thronum suum: † et ipse iudicábit orbem terræ in æquitáte, * iudicábit pópulos **in** iustítia.

Et factus est Dóminus refúgium páuperi: * adiútor in opportunitátibus, in tribulatióne.


Et sperent in te qui novérunt nomen tuum: * quóniam non dereliquísti quæréntes te Dómine.

Glória Patri et Filio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Psalmus 6.

Ps. 9, 12-21



Psál-li-te Dómino, qui há-bi-tat in Si- - on: * annunti-á-te inter gentes stúdi-a e- - ius:

Quóniam requírens sánguinem eórum recordátus est: * non est oblítus clamórem páuperum.

Miserére mei Dómine: * vide humilitátem meam de inimícis meis.

Qui exáltas me de portis mortis, * ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis filiæ Sion.

Exsultábo in salutári tuo: * infixæ sunt gentes in intéritu, quem fecérunt.

In láqueo isto, quem abscondérunt, * comprehénsus est pes eórum.

Cognoscétur Dóminus iudícia fáciens: * in opéribus mánuum suárum comprehénsus est peccátor.

Convertántur peccatóres in inférnum, * omnes gentes quæ obliviscúntur Deum.

Quóniam non in finem oblívio erit páuperis: * paciéntia páuperum non períbit in finem.

Exsúrge Dómine, non confortétur homo: * iudicéntur gentes in conspéctu tuo.

Constítue Dómine legislatórem super eos: * ut sciant gentes quóniam hómines sunt.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

A



l-le-lú- ia, quem quæ-ris mú-li-er? alle-lú-ia: vi-véntem cum mórtu-is, alle-lú- ia, alle- lú-ia.

℣. Surrexit Dóminus vere, allelúia. ℞. Et apparuit Simóni, allelúia.

Pater noster.


Absolutio.



I P-sí-us pí-e-tas et mi-se-ri-córdi-a nos ádiuuet, * qui cum Patre et Spí-ri-tu Sancto vi-vit et regnat in sǽcu-la

sǽcu-ló-rum. ℞. Amen.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. De-us Pa-ter omní-po-tens * sit nobis propí-ti-us et clemens. R̄. Amen.

Lectio IV.

Sermo 1 de Ascensione Domini, post initium

Sermo sancti Leónis Papæ.

Hi dies, dilectíssimi, qui inter resurrectionem Dómini ascensionémque fluxérunt, non otióso transiére decúrsu, sed magna in eis confirmáta sacraménta, magna sunt reveláta mystéria. In iis metus diræ mortis aufértur, et non solum ánimæ, sed étiam carnis immortalitas declarátur. In iis per insufflatiónem Dómini infúnditur Apóstolis ómnibus Spíritus Sanctus: et beáto Apóstolo Petro supra céteros, post regni claves, ovílis Domínici cura mandátur.


Ψ. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R̄. Deo grátias.

Responsorium 4.

R. Mt. 28, 1 & Cantor; *Ps.* ibidem; H232

VIII


M




a-ri- a * Magda-lé-ne, et ál-te-ra Ma-rí- a i-bant di-lúcu-lo ad monumén- tum: † Ie-sum quem quæ-



ri-tis, non est hic, surré-xit si-cut lo-cú- tus est, præcédet vos in Ga-li-læ- am, i-bi e-um vi-dé-bi-tis.




Alle-lú-ia, alle- lú- ia. *Ps.* Et valde mane una sabba-tó-rum véni-unt ad monuméntum, or-to iam so- le:



et intro-ë-úntes vi-dé-runt iúvenem sedéntem in dextris, qui di- xit il- lis. † Ie-sum.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Christus perpé-tu-æ det nobis * gáudi-a vi-tæ. **R̃.** Amen.

Lectio V.

In iis diébus, duóbus discíplis tértius in via Dóminus comes iúngitur, et ad omnem nostræ ambiguitátis caliginem detergéndam, pavéntium ac trepidántium tárditas increpátur. Flammam fidei illumináta corda concípiunt: et quæ erant tépida, reseránte Scriptúras Dómino, efficiúntur ardéntia. In fractióne quoque panis, convescéntium aperiúntur obtútus: multo felícitus eórum óculis patefáctis, quibus natúra suæ manifestáta est glorificátio, quam illórum géneris nostri príncipum, quibus prævaricatiónis suæ est ingésta confúsió.

Ψ. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̃.** Deo grátias.

Responsorium 5.


R. Io. 10, 11; *Ψ.* I Cor. 5, 7; H237

I
S

urré-xit pastor bo- nus, * qui pósu-it ánimam su- am pro ó-vi-bus su- is, et pro su-o gre- ge mo-ri digná- tus est: † Alle-lú- ia, alle- lú-ia, al- le-lú- ia. *Ψ.* E-tenim Pascha no-strum immo-lá- tus est Chri- stus. † Alle-lú- ia. *Ψ.* Gló-ri-a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí- tu- i San- cto. † Alle-lú- ia.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Ignem su-i amó-ris accéndat * De-us in córdibus nostris. **℟.** Amen.



Lectio VI.

Inter hæc autem, aliáque miracula, cum discipuli trépidis cogitatióibus æstuárent, et apparuísset in médio eórum Dóminus, dixissétque, Pax vobis: ne hoc remanéret in eórum opinióibus, quodolvebátur in córdibus (putábant enim se spíritum vidére, non carnem) redárguit cogitatiónes a veritate discórdes: íngert dubitántium óculis manéntia in mánibus suis et pédibus crucis signa; et ut diligéntius pertractétur, invítat. Quia ad sanánda infidélium cordium vúlnera, clavórum et lánceæ erant serváta vestígia: ut non dúbia fide, sed constantíssima sciéntia tenerétur, eam natúram in Dei Patris consessúram throno, quæ iacúerat in sepúlcro.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℟.** Deo grátias.

Responsorium 6.

R. Ac. 4, 33; *Ps.* ibid. 4, 31; H234

III

V

irtú-te ma- gna reddébant A-pó- sto- li, * Testimó-ni- um re-surrecti-ó- nis Ie-su

Chri- sti Dómi-ni no- stri, alle- lú- ia, alle- lú- ia. *Ps.* Replé- ti qui-dem Spí-ri-tu San-cto

loquebántur cum fidú-ci-a verbum De- i. * Testimó-ni- um.


The musical score consists of three systems of staves. Each system includes a vocal line with square notes and a lower line with square notes. Red annotations, including slurs, accents, and other markings, are present above the vocal lines. The text is in Latin and includes a large initial 'V' and a Roman numeral 'III'.

In III. Nocturno

Psalmus 7.

Cf. Io. 20, 15; H241

V a
A



l-le-lú- ia, no-li fle-re Ma-rí-a, alle-lú-ia: re-surré-xit Dóminus alle-lú- ia, alle- lú-ia.

Ps. 9, 22-32



Ut quid Dómi-ne re-cessísti lon- - ge, * déspi-cis in opportuni-tá-tibus, in tribu-la- - ti-ó- - ne?

Dum supérbit ímpius, incénditur **pauper**: * comprehendúntur in consíliis **quibus** cógitant.

Quóniam laudátur peccátor in desidériis ánimæ **suæ**: * et iníquus **benedícitur**.

Exacerbávit Dóminum peccátor, * secúndum multitudinem iræ **suæ** non **quæret**.

Non est Deus in conspéctu **eius**: * inquinátæ sunt viæ illíus in **omni témpore**.

Auferúntur iudícia tua a fácie **eius**: * ómnium inimicórum suórum **dominábitur**.

Dixit enim in corde **suo**: * Non movébor a generatióne in generatióne **sine malo**.

Cuius maledictióne os plenum est, et amaritúdine, et **dolo**: * sub lingua eius **labor** et **dolor**.

Sedet in insídiis cum divítibus in **occúltis**, * ut interficiat **innocéntem**.

Oculi eius in páuperem **respíciunt**: * insidiátur in abscondito, quasi leo in spelúnca **sua**.

Insidiátur ut rápiat **páuperem**: * rápere páuperem dum **átrahit eum**.

In láqueo suo humiliábit **eum**: * inclinábit se, et cadet, cum dominátus **fúerit páuperum**.


Dixit enim in corde suo: Oblítus est **Deus**, * avértit fáciem suam ne vídeat in **finem**.

Glória Patri et **Fílio**, * et Spíritui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in sácula sæculórum. Amen.

Psalmus 8.

Ps. 9, 33-39



Exsúrge Dómi-ne De-us, exalté-tur manus tu- - a: * ne obli-viscá- - ris páupe-rum,

Propter quid irritávit ímpius Deum; * dixit enim in corde suo: **Non** requíret.

Vides, quóniam tu labórem et dolórem consíderas: * ut tradas eos in manus tuas:

Tibi derelíctus est pauper: * órphano tu eris adiútor.

Cóntere bráchium peccatóris et malígni: * quærétur peccátum illíus, et non inveniétur.

Dóminus regnábit in ætérnum, et in sáculum sáculi: * períbitis gentes de terra illíus.

Desidérium páuperum exaudivit Dóminus: * præparatióem cordis eórum audivit auris tua.


Iudicáre pupílo et húmili, * ut non appónat ultra magnificáre se homo super terram.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Psalmus 9.

Ps. 10



In Dómino confi- - do: † quómo- modo dí- ci- tis ánimæ me- - æ: * Tráns- migra in montem sic- - ut pas- - ser?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, † paravérunt sagíttas suas in pháretra, * ut sagíttent in obscúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecísti, destruxérunt: * iustus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, * Dóminus in cælo sedes eius.

Oculi eius in páuperem respíciunt: * pálpebræ eius intérogant filios hóminum.

Dóminus intérogat iustum et ímpium: * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam suam.

Pluet super peccatóres láqueos: * ignis, et sulphur, et spíritus procellárum pars cálicis eórum.

Quóniam iustus Dóminus et iustítias diléxit: * æquitátem vidit vultus eius.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.



Alle- lú- ia, no- li fle- re Ma- rí- a, alle- lú- ia: re- surré- xit Dóminus alle- lú- ia, alle- lú- ia.

℣. Gavisi sunt discipuli, allelúia. ℞. Viso Dómino, allelúia.

Pater noster.

Absolutio.

A



Vinculis peccatorum nostrorum * absolvat nos omnipotens et misericors Dominus. ℞. Amen.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Evangé-li-ca lécti-o sit nobis * sa-lus et pro-técti-o. **℞.** Amen.

Lectio VII.

Io. 10, 11-16

Léctio sancti Evangélii secúndum Ioánnem.

In illo témpore: Dixit Iesus pharisáeis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor ánimam suam dat pro óvibus suis. Et réliqua.

Homilia 14 in Evangelia

Homília sancti Gregórii Papæ.

Audístis, fratres caríssimi, ex lectiône evangélica eruditióne vestram: audístis et perículum nostrum. Ecce enim is, qui non ex accidenti dono, sed essentiáliter bonus est, dicit: Ego sum pastor bonus. Atque eiúsdem bonitátis formam, quam nos imitémur, adiúngit, dicens: Bonus pastor ánimam suam ponit pro óvibus suis. Fecit quod mónuit: osténdit quod iussit. Bonus pastor pro óvibus suis ánimam suam pósuit, ut in sacraménto nostro corpus suum et sánguinem vérteret, et oves quas redémerat, carnis suæ aliménto satiáret.


℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

Responsorium 7.


R. Cant. 4, 11; *Ps.* Parab. 14, 33; H236

VII


D




e o-re prudén- tis pro-cé-dit mel, al- le-lú- ia: dulcédo mel- lis est lingua e- ius, al- le-lú- ia:



* Fa-vus distíl- lans lá-bi-a e- ius, al- le-lú- ia: al- le- lú- ia. *Ps.* Sa-pi-én- ti-a requi-éscit in corde e- ius,




et pru-dénti-a in sermóne o- ris il- lí- us. * Fa-vus. Gló- ri-a Pátri et Fi-li- o et Spi-rí- tu-i



San- cto. * Fa-vus.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Di-vinum auxí-li-um * máne-at semper nobíscum. **R̃.** Amen.



Lectio VIII.

Osténsa nobis est de contéptu mortis via, quam sequámur: appósita est forma, cui imprimámur. Primum nobis est, exterióra nostra misericórditer óvibus eius impéndere: postrémum vero, si necesse sit, étiam mortem nostram pro eísdem óvibus ministráre. A primo autem hoc mínimo pervenítur ad postrémum maius. Sed cum incomparábiliter longe sit mélior ánima, qua vívimus, quam terréna substántia, quam extérius possidémus: qui non dat pro óvibus substántiam suam, quando pro his datúrus est ánimam suam?

Ψ. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̃.** Deo grátias.

Responsorium 8.

R. Io. 20, 19-20; *V.* ibid. 20, 19; H232

VII

S

urgens Ie- sus * Dó- mi-nus no- ster, stans in mé- di- o disci- pu- ló- rum su- ó- rum, di- xit: †

Pax vobis, al- le- lú- ia: ga- ví- si sunt discí- pu- li vi- so Dómi- no, al- le-

lú- ia. *V.* U- na ergo sabba- tó- rum, cum fo- res essent clausæ, ubi e- rant discípu- li congregá- ti,

ve- nit Ie- sus, et ste- tit in mé- di- o e- ó- rum, et di- xit e- is. † Pax.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Ad so-ci-e-tá-tem cí-vi-um supernó-rum * perdúcat nos Rex Ange-ló-rum. **℞.** Amen.

Lectio IX.

Et sunt nonnúlli, qui dum plus terrénam substántiam quam oves díligunt, mérito nomen pastóris perdunt: de quibus prótinus súbditur: Mercenárius autem, et qui non est pastor, cuius non sunt oves própriæ, videt lupum veniéntem, et dimíttet oves, et fugit. Non pastor, sed mercenárius vocátur, qui non pro amóre íntimo oves Domínicas, sed ad temporáles mercédes pascit. Mercenárius quippe est, qui locum quidem pastóris tenet, sed lucra animárum non quærit: terrénis cómmodis ínhiat, honóre prælatiónis gaudet, temporálibus lucris páscitur, impénsa sibi ab homínibus reveréntia lætátur.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

III

T

E De-um laudá-mus: * te Dóminum confi-té-mur. Te æ-térnum Patrem omnis terra vene-rá-tur.

Ti-bi omnes Ange-li, ti-bi Cæ-li et uni-vérsæ po-testá-tes: Ti-bi Ché-rubim et Sé-raphim incessá-bi-li vo-ce proclá-mant:

Sanctus: Sanctus: Sanctus Dóminus De-us Sá-ba-oth. Pleni sunt cæ-li et terra ma-iestá-tis gló-ri-æ tu-æ.

Te glo-ri-ósus Aposto-ló-rum cho-rus: Te Prophe-tá-rum laudá-bi-lis nú-me-rus: Te Mártyr-um candi-dá-tus

laudat ex-érci-tus. Te per orbem terrá-rum sancta confi-té-tur Ecclé-si-a: Pa-trem imménsæ ma-iestá-tis:

Vene-rándum tu-um ve-rum, et úni-cum Fí-li-um: Sanctum quoque Pa-rácli-tum Spí-ri-tum. Tu Rex gló-ri-æ, Christe.

Tu Patris sempi-térnus es Fí-li-us. Tu ad li-be-rándum susceptúrus hó-mi-nem, non ho-ru-ísti Vírgi-nis ú-te-rum.

Tu de-vícto mortis acú-le-o, ape-ru-ísti credéntibus regna cæ-ló-rum. Tu ad dèxte-ram De-i se-des, in gló-ri-a Patris.

Genua nunc flectantur omnia.

Iudex cré-de-ris es-se ventú-rus. TE ERGO QUÆSUMUS, TU-IS FÁMULIS SÚBVE-NI, QUOS PRE-TI-ÓSO SÁNGUI-NE REDEMÍSTI.

Æ-térna fac cum Sanctis tu-is in gló-ri-a nume-rá-ri. Salvum fac pópu-lum tu-um Dómi-ne, et béne-dic
he-re-di-tá-ti tu-æ. Et re-ge e-os, et extól-le illos usque in æ-tér-num. Per síngu-los di-es, be-ne-dí-cimus te.
Et laudá-mus nomen tu-um in sǽ-cu-lum, et in sǽcu-lum sǽcu-li. Digná-re Dómi-ne di-e i-sto si-ne peccá-to
nos custodí-re. Mi-se-ré-re nostri Dó-mi-ne, mi-se-ré-re nostri. Fi-at mi-se-ri-córdi-a tu-a Dómi-ne su-per nos,
quemádmodum spe-rá-vimus in te. In te Dómi-ne spe-rá-vi: non confúndar in æ-tér-num.

Reliqua omittuntur, nisi Laudes separandæ sint.

Oratio

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus:

Deus, qui in Fílii tui humilitate iacéntem mundum erexísti: † fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam; * ut quos perpétuæ mortis eripuísti cásibus, gáudiis fácias pérfrui sempitérnis. Per eúndem Dóminum.

℞. Amen.

Conclusio

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.


℣. Benedicámus Dómino, allelúia, allelúia.

℞. Deo grátias, allelúia, allelúia.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℞. Amen.


Ad Laudes.



DE-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. *R.* Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sǎcu-la sǎcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.


Psalmus 1.

VIII G



AL-le-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Psalmus 92.



Dóminus regná-vit, de-có-rem indú-tus est: * indú-tus est Dóminus forti-túdi-nem, *et præ-cinxit se.*

Etenim firmávit orbem **terræ**, * qui non *commovébitur*.

Paráta sedes tua **ex tunc**: * a *sǎculo tu* es.

Elevavérunt flúmina **Dómine**: * elevavérunt flúmina *vocem suam*.

Elevavérunt flúmina fluctus **suos**, * a vóci-bus *aquárum multárum*.

Mirábiles elatiónes **maris**: * mirábilis in *altis Dóminus*.


Testimónia tua credibília facta sunt **nimis**: * domum tuam decet sanctitúdo *Dómine in longitúdinem diérum*.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in *sǎcula sǎculórum*. Amen.

Psalmus 2.

Psalmus 99.



Iubi-lá-te De-o omnis **ter-** - ra: * **serví-te** Dómino *in læ-tí-ti-a.*

Introíte in conspéctu eius, * in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est **Deus**: * ipse fecit nos, *et non ipsi* nos.

Pópulus eius, et oves páscuæ eius: † introíte portas eius in confessióne, * átria eius in hymnis: *confitémini illi.*


Laudáte nomen eius: quóniam suávis est Dóminus, † in ætérnum misericórdia eius, * et usque in generatióne et generatióne *véritas* eius.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto.*

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum. Amen.*

Psalmus 3.

Psalmus 62.



De-us De-us **me-** - us * ad te de *lu-ce ví-gi-lo*.

Sitívit in te *ánima mea*, * quam multipliciter tibi *caro mea*.

In terra desérta et ínvia et inaquósa: † sic in sancto appáruí tibi, * ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super **vitas**: * lábia mea *laudábunt* te.

Sic benedícam te in vita **mea**: * et in nómine tuo levábo *manus meas*.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur *ánima mea*: * et lábiis exsultatiónis *laudábit os meum*.

Si memor fui tui super stratum meum, † in matutínis meditábor **in** te: * quia fuísti *adiútor meus*.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhásit *ánima mea post* te: * me suscepit *déxtera tua*.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt *ánimam meam*, † introíbunt in inferióra **terræ**: * tradéntur in manus gládii, partes *vúlpium erunt*.

Rex vero lætábitur in Deo, † laudabúntur omnes qui iurant in eo: * quia obstrúctum est os loquéntium *iníqua*.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.



Psalmus 4.

VI F

S

Urré-xit Christus * de sepúlcro, qui li-be-rá- vit tres pú-e-ros de camíno ignis ardéntis, alle-lú-ia.

Canticum trium puerorum, Dan. 3, 57-88 et 56

Bene-dí-ci-te ómni-a ópe-ra Dómi-ni Dómino: * laudá-te et super-exaltá-te e-um in sǎcu-la.

Benedícite Angeli Dómini Dómino: * benedícite *cæli* Dómino.

Benedícite aquæ omnes quæ super cælos *sunt* Dómino: * benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol et luna Dómino: * benedícite stellæ *cæli* Dómino.

Benedícite omnis imber et *ros* Dómino: * benedícite omnes spíritus *Dei* Dómino.

Benedícite ignis et *æstus* Dómino: * benedícite frigus et *æstus* Dómino.

Benedícite rores et pruína Dómino: * benedícite gelu et *frigus* Dómino.

Benedícite glácies et nives Dómino: * benedícite noctes et *dies* Dómino.

Benedícite lux et ténébræ Dómino: * benedícite fúlgora et *nubes* Dómino.

Benedícat terra Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sǎcula.

Benedícite montes et colles Dómino: * benedícite univérsa germinántia in *terra* Dómino.

Benedícite fontes Dómino: * benedícite mária et flúmina Dómino.

Benedícite cete et ómnia quæ movéntur in *aquis* Dómino: * benedícite omnes vólucres *cæli* Dómino.

Benedícite omnes béstiæ et pécora Dómino: * benedícite filii hóminum Dómino.

Benedícat Israel Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sǎcula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino: * benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus et ánimæ iustórum **Dómino**: * benedícite sancti et húmiles *corde* **Dómino**.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísael **Dómino**: * laudáte et superexaltáte *eum in* **sæcula**.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto **Spíritu**: * laudémus et superexaltémus *eum in* **sæcula**.

Benedíctus es Dómine in firmaménto **cæli**: * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus *in* **sæcula**.

S




Urré-xit Christus * de sepúlcro, qui li-be-rá- vit tres pú-e-ros de camíno ignis ardéntis, alle-lú-ia.

Psalmus 5.


VI F

A



L-le- lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Psalmus 148.



Laudá-te Dóminum *de* cæ- - lis: * laudá-te e-um *in excél-* - sis.

Laudáte eum omnes *Angeli* eius: * laudáte eum omnes *virtútes* eius.

Laudáte eum sol *et luna*: * laudáte eum omnes *stellæ et lumen*.

Laudáte eum cæli *cælórum*: * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent *nomen Dómini*.

Quia ipse dixit, *et facta* sunt: * ipse mandávit, *et créata* sunt.

Státuit ea in ætérnum et in *sæculum sæculi*: * præcéptum pósuit, et non *præteríbit*.

Laudáte Dóminum *de terra*, * *dracones* et omnes *abýssi*.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus *procellárum*: * quæ fáciunt *verbum* eius:

Montes et omnes *colles*: * *ligna fructífera* et omnes *cedri*.

Béstiæ et univér^sa *pécora*: * *serpéntes* et *vólucres pennátæ*.


Reges terræ et omnes *pópuli*: * *príncipes* et omnes *iúdice* terræ.

Iúvenes et vírgines: † *senes cum iunióribus* laudent *nomen Dómini*: * quia exaltátum est *nomen eius solíus*.

Conféssio eius super cælum *et terram*: * et exaltávit cornu *pópuli sui*.

Hymnus ómnibus *sanctis* eius: * *filiis Israel*, *pópulo appropinquánti sibi*.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Cantá-te Dómino cánti-cum **no-** - vum: * laus e-ius in ecclé-si-a **sanctó-** - rum.

Lætétur Israel in eo qui *fecit* eum: * et filii Sion exsúltent in *rege suo*.

Laudent nomen eius in **choro**: * in týmpano et psaltério *psallant* ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo **suo**: * et exaltábit mansuétos in *salútem*.

Exsultábunt sancti in **glória**: * lætabúntur in cubílibus **suis**.


Exaltatiónes Dei in gútture *eórum*: * et gládii ancípites in *mánibus eórum*:

Ad faciéndam vindíctam in *natió*nibus: * increpati^ones in **pópulis**.

Ad alligándos reges *eórum* in *compédibus*: * et nóbiles *eórum* in *mánicis férreis*.

Ut fáciant in eis iudícium *conscríptum*: * glória hæc est ómnibus *sanctis eius*.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Laudá-te Dóminum in sanctis e- - ius: * laudá-te e-um in firmaménto virtú-tis e- - ius.

Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secúndum multitudinem magnítudinis eius.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro: * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: † laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.


Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.


A L-le- lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Capitulum.

1 Petr. 2, 21-22



C A-ríssimi: Christus passus est pro nobis, † vobis re-línquens ex-émplum, ut sequámi-ni vestí-gi-a e-ius. *




Qui peccá-tum non fe-cit, nec invéntus est do-lus in o-re e-ius. ℞. De-o grá-ti-as.


Responsorium breve.

Cf. Mt. 28, 6; Cf. Gal. 3, 13

VI



S Urré-xit Dóminus de sepúlcro, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Surré-xit. √. Qui pro nobis pepéndit in ligno. Alle-lú-ia. √.



Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Surré-xit.

Hymnus

VIII

A

Uró-ra lu-cis rú-ti-lat, Cæ-lum láudibus íntonat, Mundus exsúltans iúbi-lat, Gemens inférnus ú-lu-lat :

Cum Rex ille fortíssimus, Mortis confráctis ví-ribus, Pede concúlcans tárta-ra, Solvit a pœna mís-e-ros.

Ille qui clausus lá-pi-de, Custodí-tur sub mí-li-te, Tri-úmphans pompa nóbi-li, Victor surgit de fúne-re.

So-lú-tis iam gemí-tibus, Et inférni do-ló-ribus, Qui-a surréx-it Dóminus, Respléndens clamat Ange-lus.

Quæsumus, Auctor ómni-um. In hoc paschá-li gáudi-o, Ab omni mortis ímpe-tu Tu-um de-fénde pópu-lum.

Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne, Qui surré-xisti a mórtu-is, Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sácu-la. A-men.

Versus.

∨. In re-surrecti-óne tu-a Christe, alle-lú-ia. ℞. Cæ-li et terra læ-téntur, alle-lú-ia.

Canticum Zachariæ.


Cf. Io. 10, 2.14; Io. 14, 6; H242

ID

E




-go sum * pastor ó- vi-um: e-go sum vi-a, et vé-ri-tas: ego sum pastor bonus, et cognósko me-as,



et cognóscunt me me- æ, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Lc. 1, 68-79



Be-ne-díctus Dómi-nus De-us Isra-el, * qui-a vi-si-tá-vit, et fe-cit redempti-ónem ple-bis su- - æ.

Et eréxit cornu *salútis nobis*, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est *per os sanctórum*, * qui a sáculo sunt, prophetárum eius:

Salútem ex inimícis **nostris**, * et de manu ómnium *qui odérunt* nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum *pátribus nostris*: * et memorári testaménti *sui sancti*.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham *pátre* **nostrum**, * datúrum *se nobis*:

Ut sine timóre, de manu inimicórum *nostrórum liberáti*, * *serviámus illi*.

In sanctitáte et iustítia *coram ipso*, * ómnibus diébus **nostris**.

Et tu puer, Prophéta *Altíssimi vocáberis*: * *præibis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius*:

Ad dandam sciéntiam *salútis plebi eius*, * in remissiónem peccatórum *eórum*:

Per víscera misericórdiæ *Dei nostri*: * in quibus visitávit nos, *óriens ex alto*:


Illumináre his qui in ténebris et in *umbra mortis sedent*: * ad dirigéndo pedes nostros in *viam pacis*.

Glória *Patri et Fílio*, * et *Spiritui Sancto*.




Sicut erat in princípio, *et nunc et semper*, * et in sácula *sæculórum*. Amen. *A.*

Ante Orationem, cantatur a Superiore:


Supplicatio Litaniae.

K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.


Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Y. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O




-rémus. De-us, qui in Fí-li-i tu-i humi-li-tá-te ia-céntem mundum e-re-xísti: † fi-dé-libus tu-is perpé-tu-am



concéde læ-tí-ti-am; * ut quos perpé-tu-æ mortis e-ri-pu-ísti cá-sibus, gáudi-is fá-ci-as pérfru-i sempi-térnis. Per e-úmdem




Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us,



per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. *R.* Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum. Postea cantatur a cantore:

VII
B



Ene-di-cá-mus Dó- mino. *R.* De- o grá- ti- as.

Ad II. Vesperas.

D E-us, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. **R.** Dómi-ne, ad adiuvándum me festí-na. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto. Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sá-cu-la sæ-cu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

VII c^2
A L-le-lú-ia, al-le-lú-ia al-le-lú-ia. *Psalmus 109.*

Di-xit Dóminus Dómino me- - o: * Sede a dex- - tris me- - is:

Donec ponam inimicos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum genui te.

Iurávit Dóminus, et non pænitébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Iudicábit in natióribus, implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra multórum.


De torrén-te in via bibet: * proptérea exaltábit caput.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Psalmus 2.

Psalmus 110.



Confi-tébor ti-bi Dómi-ne in to-to cor- - de me- - o: * in consí-li-o iustó-rum, et congrega- - ti-ó- - ne.

Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes voluntátes eius.

Conféssio et magnificéntia opus eius: * et iustítia eius manet in sǽculum sǽculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus: * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sǽculum testaménti sui: * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo:

Ut det illis hæreditátem géntium: * ópera mánuum eius véritas et iudícium.

Fidélia ómnia mandáta eius: † confirmáta in sǽculum sǽculi: * facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo: * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen eius: * inítium sapiéntiæ timor Dómini.


Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudátio eius manet in sǽculum sǽculi.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sǽcula sǽculórum. Amen.

Psalmus 3.

Psalmus 111.



Be-á-tus vir qui **ti-** - met **Dóminum:** * in mandá-tis e-ius **vo-** - let **ni-** - mis.

Potens in terra erit **semen eius:** * generátio rectórum **benedicétur.**

Glória et divítia in **domo eius:** * et iustítia eius manet in **sæculum sæculi.**

Exórtum est in ténébris **lumen rectis:** * miséricors, et miserátor, et **iustus.**

Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos **in iudício:** * quia in ætérnum non **commovébitur.**

In memória ætérna erit **iustus:** * ab auditióne mala **non timébit.**

Parátum cor eius speráre in Dómino † confirmátum **est cor eius:** * non commovébitur donec despíciat inimícos **suos.**

Dispérsit, dedit paupéribus: † iustítia eius manet in **sæculum sæculi:** * cornu eius exaltábitur in **glória.**


Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet: * desidérium peccatórum períbit.

Glória **Patri et Fílio,** * et **Spirítui Sancto.**

Sicut erat in princípio, et **nunc** et **semper,** * et in **sæcula sæculórum. Amen.**

Psalmus 4.

Psalmus 112.



Laudá-te **pú**-e-ri **Dó**minum: * laudá-te **no**- - men **Dó**mi-ni.

Sit nomen **Dó**mini **benedí**ctum, * ex hoc nunc, et **us**que in **sæ**culum.

A solis ortu usque **ad** occásum, * laudábile **nomen Dó**mini.

Excélsus super omnes **gentes Dó**minus, * et super **cæ**los **gló**ria eius.

Quis sicut **Dó**minus Deus noster, qui in **altis há**bitat, * et **humí**lia réspicit in **cæ**lo et in **terra**?

Súscitans a **terra ín**opem, * et de **stér**core érigens **pá**uperem:


Ut cóllocet eum **cum** **prínc**ípibus, * cum **prínc**ípibus **póp**uli sui.

Qui **hab**itáre facit **stér**ilem in **domo**, * **mat**rem **filió**rum **lætá**ntem.

Glória **Patri** et **Fí**lio, * et **Spirít**ui **Sancto**.

Sicut erat in **prínc**ípío, et **nunc** et **semper**, * et in **sæ**cula **sæculó**rum. **Amen**.

A



L-le-lú-ia, al-le-lú-ia al-le- lú-ia.

Capitulum.

1 Petr. 2, 21-22

C A-ríssimi: Christus passus est pro nobis, † vobis re-línquens ex-émplum, ut sequámi-ni vestí-gi-a e-ius. *

Qui peccá-tum non fe-cit, nec invéntus est do-lus in o-re e-ius. ℞. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Lc. 24, 34

S Urré-xit Dóminus ve-re: * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Surré-xit. ∇. Et appá-ru-it Simóni. Alle-lú-ia. ∇.

Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Surré-xit.

Hymnus

VIII

A

D cœnam Agni pró-vi-di, Et sto-lis albis cándi-di, Post tránsi-tum ma-ris Rubri, Christo ca-námus Prínci-pi.

Cu-ius corpus sanctíssimum, In a-ra cru-cis tórridum, Cru-ó-re e-ius ró-se-o Gustádo ví-vimus De-o.

Pro-técti Paschæ véspe-re A de-vastánte Ange-lo, Erépti de du-ríssimo Pha-ra-ó-nis impé-ri-o. Iam Pascha nostrum

Christus est, Qui immo-lá-tus Agnus est, Since-ri-tá-tis á-zyrna, Ca-ro e-ius oblá-ta est. O ve-re digna hósti-a,

Per quam fracta sunt tárta-ra, Redémpta plebs capti-vá-ta, Réddi-ta vi-tæ prá-mi-a. Consúrgit Christus túmu-lo,


Victor red-it de bá-rathro, Tý-ránnum trudens víncu-lo, Et Pa-ra-dí-sum ré-se-rans. Quásumus, Auctor ómni-um,

In hoc paschá-li gáudi-o Ab omni mortis ímpe-tu Tu-um de-fénde pópu-lum. Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne,

Qui surre-xísti a mórtu-is, Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sácu-la. A-men.

Versus.

Lc. 24, 29




Ⲱ. Mane nobiscum Dómi-ne, alle-lú-ia. ⲱ. Quóni-am advespe-ráscit, alle-lú-ia.

Canticum B. Mariæ V.


Cf. Io. 10, 14

III a


E



-go sum * pastor bo-nus, qui pasco o-ves me- as, et pro ó-vibus me- is pono ánimam me-am, al-le-lú-ia. Lc. 1, 46-55



Magní-fi-cat * áni-ma me- a Dó-minum.



Et exsultá-vit spí-ri-tus me-us * in De-o, sa-lu-tá- ri me- o.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit superbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.


Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in sǎcula.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sǎcula sæculórum. Amen. *A.*

Ante Orationem, cantatur a Superiore:

Supplicatio Litaniae.

K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,


si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Y. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.


O



-rémus. De-us, qui in Fí-li-i tu-i humi-li-tá-te ia-céntem mundum e-re-xísti: † fi-dé-libus tu-is perpé-tu-am



concéde læ-tí-ti-am; * ut quos perpé-tu-æ mortis e-ri-pu-ísti cá-sibus, gáudi-is fá-ci-as pérfru-i sempi-térnis. Per e-úmdem



Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us,



per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. R̄. Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum. Postea cantatur a cantore:

VII
B




Ene-di-cámus Dó- mino. R̄. De- o grá- ti- as.


Antiphona finalis B. M. V. pro Tempore Paschali.

VI

R



Egína cæ-li * læ-tá-re, alle-lú-ia: Qui-a quem me-ru-ísti portá-re, alle-lú-ia: Re-surréx-it, si-cut dix-it, alle-lú-ia:



Ora pro nobis De-um, alle-lú-ia.